

37. RECORDATUS ES MEI, Deus. — ita Graeca et Romana; male ergo Plantina legunt: *Recordatus est enim mei Deus.*

DILIGENTES TE, dicitur; et, querentes te.

40. MAGNUS ES, DOMINE Deus DANIELIS, — quem Daniel colit, quique Danielem a leonibus liber-

rasti. Graeca addunt: *Et non est aliis praeferre.*

41. PORRO ILLOS. — Taliorem eis irrogat, uti Vers. 41.  
fecit et Darius, cap. vi, 24; lex enim iurionis justitiae et aquitati naturali maxime est consentanea. Unde eam non soli Judei, sed et Babylonii, Persae aliquae Gentiles usurparunt.

## CONCLUSIO ET VOTUM

### AUCTORIS AD SS. PROPHETAS.

Prophetas docentes et tonantes audivimus; eos vestigando et explicando pari passu secuti sumus. Ad metam, Deo duce, pervenimus; Isaiam consolantem et exsultantem, Jeremiam querentem et gementem, Ezechiel terrentem et minitatem, Danielis sua symbola et monarchiarum ac regorum enigmata proponentes spectavimus, excussumus (quantum Dominus dedi), intelleximus, exposuimus. Patientiam Prophetarum cognovimus, finem Domini vidimus. Propheti ipsi suas proprio sanguine obsignarunt, et martyres evaserunt. Propheta enim, et in vita et in morte martyris, id est testis, in me prece veritatis usque ad martyrium sit operatus. Hoc est quod asserit princeps Prophetarum perire extra Ierusalem: « Non caput Prophetarum perire extra Ierusalem; » *Luc. xii, 32;* et: « Vas vobis, Scribi etc., qui edificatis sepulcrum Prophetarum, etc., et dictis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essetis socii, eorum in sanguine Prophetarum, etc., et vos implete mensuram patrum vestrorum, » me scilicet Christum occidite. « Ideo ecce ego multo ad vos Prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occidetis, et crucifigetis, etc. Ierusalem, Ierusalem, que occiditis Prophetas, et lapidas ois qui ad me missi sunt, » *Math. xxvii, 29.* Idem est ergo Propheta quod Martyr.

Vos itaque, o Isaia, o Jeremia, o Ezechiel, o Daniel! Domini Prophetae fuitis pariter et martyres; tunc, o Daniel! in lacu Ieronum bis martyr exististis. O quam fortiter bona confessionem confessi estis, fidem servastis, cursus consummatis! O quam feliciter coronam vobis depositam, tam doctoralem quam agonalem, acceptistis! Prophetie vestra congrua a Deo ab eterno decrete fuit haec laurea, ut martyrum per doctoratum mereremini, illoque hunc confirmardis et ornareatis. Purpurea enim laura viridianam interpongunt et vernicularum condonat et illustrat. Merces vestre doctrinae et conscientiae fuit purpura, non regum, sed martyrum. Merces sane magna nimis, premium ingens et invideatur.

Fecistis me propheticis vestre doctoralis laureas participem: facite, queso, et martyri, ut et ego

veritatem quam a vobis hausit, aliosque docui et conscripsi, sanguine meo obsignavi. Nec enim ante perfectus et consummatus erit doctoratus hic meus, nisi hoc sigillo pariter claudatur et sanctificatur. A trinitate pene annis vobiscum, et pro vobis lumen volensque continuum subeo martyrium. Religiose vite, martyrium agnitionis, martyrium studiorum et scriptorium; impetrare, obsecro, mihi pro coronide et quartum martyrium sanguinis. Exhauisti pro vobis spiritus vitales et animales, exhauium et sanguinem. Omnis laboris mei per tot annos exaltavit, quo vos Dei gratia expliciti, illustrati, et novo sermone loquentes et prophetantes effeci, ut vobiscum quasi prophetae, vestrum milii quasi Prophetae stipendum, martyrium dico, a Patre luminum aque ac misericordiarum obtinet.

Tuque, o sanctissima Dei Genitrix! a benedicto Filio tuo idem posce, idem mihi impetrare. Habi illud pene in manibus Lovani, sepius urbe undique circumessa ab hereticis, eam utpote praesidio omni humano nudatam, tantum non invadentibus et occupantibus; ac per certim apud tuum aedes Aspercollensem, tot miraculis illustrem, cum in eis degens, ut peregrinos turmalim devotissim cause adventantes per confessiones, conciones, aliisque sacra officia pro modo meo adjuvarem, anno 1604, ipso festo Nativitatis tue, ab Hollandico equitatu ex improviso in eam incurrente, emelatque ferro et flamma vastante, circumseptus, tanquam non captus sum et trucidatus. Verum sacrosancta Eucharistia, quam ex tua aede (ne ab hereticis violatur) mecum efferebam, atque tua ope, quam voto tibi nuncupato implorabam, mira providebat servatus sum; cum periculum omne quasi per miraculum a me discussisti. Credo ad maiores labores quibus haec laurea promerenda erat, me liberasti et distulisti. Si ita est, labores auge, duplica, protende, etiam usque ad cursus Biblicali consummationera, ut, eo peracto, coronam hanc adipiscar: verumtamen eadem quam mihi ad tempus abstulisti, ne me, oro, defraudes, sed eam integrum, majoribusque meritis cumulatam suo tempore reddere et restituere. Tibi enim, utpote matri eterna Sa-

### ORATIO ET VOTUM AD SS. PROPHETAS.

plientia, matrice meae desudat omnis hic labor meus.

O Pater aeternus, qui ante secula nos praedestinasti conformes fieri imaginis Filii tui; qui in tempore a te praecordato me in sanctam ejus Societatem vocasti et adoptasti, tribue, obsecro, ut ipsi aequo in cruce passionis, ac in luce doctrine et sanctae actionis jugiter conformer et configurer. Ipse enim est testimonis fidelis, Doctorum, Prophetarum, et Martyrum principes. Exprime in me ejus exemplar, quod mihi in monte Calvariae monstrasti.

O Domine Jesu, amor noster! per merita SS. Matris tue et Prophetarum, mihi largire id ipsum, quod tam enixa postule: fac ut tuas, eorumque coronas particeps, quorum labores et munus participio. Dixisti et promisisti: « Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae recipiet. » Recepit Prophetas, non Prophetam, immo cum eis cœcurri et prophetari: recipi te principem Prophetarum in magistrum et sponsum anime meæ: concede ergo et martyri lauream prophetiae a te decretam, quam tot amis, tot votis assidue efflagitavi et efflagito. Mille modis, quos in tuis providentias thesauris reconditos habes, facilius cam mihi, etiam medios inter christianos, exhibere potes, ut pluribus exhibuisti. Theodosiana erant tempora, quando S. Joannes Chrysostomus ab Eudoxia, et annulis Episcopis in exsilium necesse actus, aurei sui oris, libereque increpationis premium tulit martyrium; atque assiduis itineribus nocte diuque fame, siti, solis ardore, febre, aliisque arnumis lenta, sed acri more occubere coactus, non semel, sed decies martyris, gloriose de hostibus suis, ipsaque morte triumphavit. Heracliana erant saecula, quando S. Martinus Pontifex Paulus Constantinopolitanus Patriarcham monothelitam excommunicans, jussu Constantini Imperatoris a

Calliope exarcho in Lateranensi ecclesia perfide captus, et ad Constantem missus, ei in faciem fortissima restitit: quoocirca ab eo in Chersonam relegatus, fame et arumnis confectus, nobile pro Christo et orthodoxa fide martyr latabundus et glorians obiit anno Christi 634, vero suorum infelicium temporum constans et gloria felicitas. Justinianae erant tempora, non Neroniana, non Diocletianea, cum Sylvarius Papa in urbe christiana, inter christianos, a christianis tulit palmarum martyrum. Similia fuisse, cum Joannes et Felix Pontifices eandem obtinuerunt, te utique dante, te procurante. Roman ecce me vocasti, ut Romae inter medios prophetas et martyres degenerem. Caloo assidue terram rubricafam, et penes adhuc stillantem sanguine S. Pauli, et trecentorum milium martyrum; hos quotidie oculis, auribus, animo speculo, hi mihi martyri sui simum acount, hi ardoris sui flammas inquietunt; ut turpe aestimem, inter tot domesticos doctores martyres, externum doctorem, non martyrem versari. Impie ergo hoc meum votum qui imples in bonis desiderium servorum tuorum. Da, Domine, non inertem vitam, da nec inertem in lecto mortem: da potius cum Christo ut moriar ligno aut ferro, pulchramque petam per vulnera mortem. Scriptoris hujus et doctrine meae unum hoc tantum sigillum restat; concede, queso, Illud, si non meis meritis, certe veritati tuae quam conscripsi. Indidisti mihi hoc desiderium iam olim ab ipso ingresso in hanc S. Religioneum; rēp̄sa ergo peritice et perfice in ingressu vite meæ, quod me tan cupide desiderare locisti, ad tuam permanentem laudem, et Ecclesie tuae deicas, ut verbo et exemplo sanctiam tua oracula, doceantque etiam post mortem, et cum sanguine Abel postoris per omnia secula futura in elangem: **VIVITE DEO, VIVITE COELO, VIVITE ETERNITATI.** Hoc est enim omnis homo.

## DOXOLOGIA

# SAPIENTIÆ ÆTERNÆ

EX EPITOME GESTORUM ET VISIONUM DANIELIS.

I. Multifariam multisque modis locutus es, Domine, Prophetis : sed novissime per somnia et enigmata locutus es Danieli, sapientissimo in filii hominum.

Daniel eum tribus pueris in Babylone carne et vino abstinuit : ideo dedisti eis sapientiam, et Daniel prophetiam.

Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terra, quia abscondisti hec a sapientibus, et ventri deditis : ac revelasti ea parvulis et abstinentibus.

Ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te : sic decuit ut mater sapientie sit humilitas et abstinentia, ut qui jejunant ventre, pascantur in seculum misericordia ejus.

IV. Rex superbus vidit arborem procerum, audit : Succidile eam : cor eius ab humano commutetur, cor fera detur ei.

Daniel quatuor regna hic poterit videt, illæ que eversis quintum regnum regnorum : quod in eternum non dissipabitur.

Hinc rex Daniel emadovavit, et in sublime exultit : eumque constitutus princeps super omnes provincias Babylonis.

III. Rex auream statuam erexit, eamque colli jussit ut numen : tres pueri idolum abominati sunt.

Pecunia simulacra gentium : que sunt argenteum et aurum, opera manuum hominum.

Ecce enim Deus noster in celo, qui fecit celum et terram : ipse nos potest eripere de camino ignis ardenti.

Rex furens concitat eos in fornacem succensam : orant martyres stantes in flammis.

Sicut in holocausto arrietum et taurorum, et sieut in milibus agnorum pinguium : sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie : o Dominus. victimæ fiamus viva, placensque tibi.

Mox adfuit eis angelus, flammam ignis excusit : fecit medium fornacis quasi ventum roris flammæ.

Non tetigit eos omnino ignis : neque contristavit, nec quidquam molestie intulit.

Benedicite ergo, omnia opera Domini, Domino : benedicte, angeli Domini, Domino.

Benedicite, ecclæ, Domino : benedicite, omnis Spiritus Pei, Domino.

Benedicite, ignis et astus, Domino : benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, servi Domini, Domino : benedicite, Sancti et humiles corde, Domino.

Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in seculum misericordia ejus.

VIII. Daniel ait : Hoc est interpretatio : Ejicent te, o rex ! ab hominibus, et cum bestiis ferisque erit habitat tua.

Fœnum ut hos comedes, et rore ocelli infundebis : septem tempora mutabuntur super te, donec cognoscas regnum Excelsus in regno hominum.

Daniel ait : Hoc est interpretatio : Ejicent te, o rex ! ab hominibus, et cum bestiis ferisque erit habitat tua.

Fœnum ut hos comedes, et rore ocelli infundebis : septem tempora mutabuntur super te, donec cognoscas regnum Excelsi.

Mox sermo completus est, rex ejectus septem annos fœnum ut hos comedit : inde ad se reversus prædicavit magna gloria Dei.

Quia potestas ejus potest semperita : et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt.

Non est qui resistat manui ejus : qui gradientes in superbia potest humiliare.

V. Balsasar temulentus laudavit deos aureos et argenteos : mox videt manum scriberent in pariete : Mane, tekel, phares.

Cui Daniel : Deum qui habet statum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificabis : adversus Dominatorem cœli elevatus es.

Ideo Mane, numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud.

## DOXOLOGIA SAPIENTIÆ ÆTERNÆ E GESTIS ET VISIONIBUS DANIELIS.

197

Tekel, appensus es in statora, et inventus es minus habens.

Phares, divisum est regnum tuum, et datum est Medi et Persis.

VI. Daniel adorat Deum : ideo ab simulis, frustra remente Dario, conjicitur in lacum leonum.

Deus misit angelum suum, et conclusit ora leonum ; quia coram Deo justitia inventa est in eo.

VII. Daniel videt quatuor monarchias, quasi bestias : leonnam, ursum, pardum, et monstrum habens decem cornua.

Antiquæ dierum sedit : thronus ejus flamma ignis, rota ejus ignis accensus.

Vestimentum ejus candidum quasi nix, fluvius igneus rapidusq; egrediebatur a facie ejus.

Millia milium ministrabant ei : et decies millies centena milia assistebant ei.

Hæ sunt myriades Seraphim et Cherubim : iudicium sedit, et libri aperti sunt.

Eco cum rubibus colli venit quasi filius hominis : et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum : omnes populi, tribus et lingua servient ei.

Suscipient regnum Sancti Dei Altissimi : et obtinebunt regnum usque in seculum, et seculum sæculorum.

Regnum, et potestas, et magnitudo regni, qua est subter omne celum, dabitur populo Sancto- rum Altissimi : eorum regnum sempiternum est, omnes reges et creaturae obedient ei.

VIII. Daniel sub specie hirci sternenter arietem, vidit Alexandrum sternenter Darium.

Ab Alexandro descendit Antiochus Epiphanes : qui dejecti locum sanctificationis, abstulit iugum sacrificium.

Usquequo, Domine, iuge sacrificeum, et sanctuarium et fortitudo concubacib;?

Usque ad vesperam et mane, dies duo milia trecenti, et mundabilis sanctuarium.

IX. Ecuando, Dominator Domine, complanabit desolationis Jerusalem septuaginta anni?

Pecacavimus, inique egimus : tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciel.

Gabriel ad Danihelum advolat : Audi, ait, vir desideriorum : septuaginta hebdomades abbreviate sunt.

X. Ut ungatur Sancti Sanctorum : ut occidatur Christus, ut finem accipiat pecatum, ut adiudicetur iustitia sempiterna.

Ecce vir vestitus lineis, accinctus zona aurea, facies ejus ut fulgor, oculi ut lampas ardens, crachia et crura ut æs candens : intellige, ait, vir desideriorum.

Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut affigeres te in conspectu Dei : exaudiatur sunt verba tua.

Hoc anno Darii et Cyri primo, Judæi Babylone liberabuntur.

Principes autem Persarum restitut mihi : et ecce Michael venit in adjutorium meum.

XI. Audi bella inter reges Aquilonis et Austræ, inter Seleucidæ et Ptolemaeos.

Ex Seleucidis prodiit Antiochus : qui dabat abominationem in desolationem.

Populus autem sciens Deum suum obficebit, et faciet : ac docti in populo docebunt plurimos.

Ex eis multi ruent in gladio, et in flamma, et in captivitate, et in rapina dierum : ut confundentur, et eligantur, et dealbentur.

Antiochus, et ejus antitypus Antichristus, in alium elevabitur : aduersus Deum deorum loqueretur magnifica.

Erit in concepiscentiis feminarum : Deum Maozim in loco suo venerabitur.

Dominabitur thesaurorum auri et argenti, et in omnibus pretiosis Egypti : per Libyam quoque et Ethiopiam transibit.

Figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inelytum et sanctum : ibi cædetur, et nemo auxiliabit eum.

XII. In tempore illo consurget Michael, qui stat pro filiis populi Dei.

Tunc salvabitur omnis fidelis et patiens, qui inventus fuerit scriptus in libro vite.

Omnis enim qui dormiuit in terra pulvere evigilabit, alii in vitam eternam, alii in opprobrium eternum.

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti ; et qui ad iustitiam eruditur multos, quasi stellæ in perpetuas aternitatis.

Audite hæc, doctores ; audite, martyres, hanc gloriam, has coronas ambit, docent orbem verbo et exemplo.

Stupet Daniel et orat : usquequo, Domine, finis horum mirabilium?

Elevavit angelus manus in celum, et juravit per viventem in æternum : quia in tempus et tempora, et diuidum temporis.

Beatus qui expectat, et pervenit ad dies mille trecentos triginta quinque.

Tu autem vade ad pœnitendum : et requiesces, et stabis in sorte tua in fine dierum.

XIII. Susanna a senibus adulteris in arco deprehensa ingemuit : angustia mihi sunt undique.

Si enim hoc egero, mors mihi est : si autem non egero, non effugiam manus vestras.

Sed melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

Flens suspexit ad celum : Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, tu sis quod falsum testimonium tulerunt contra me : et ecce morior, cum nihil horum fecerim.

Exaudiret Deus vocem innocentis, suscitavit spiritum Danielis pueri qui judicavit eos.

Invertere dierum malorum, nunc venerunt peccata tua : angelus Dei scindet te medium.

Semen Chanaan et nœc Juda, species decepit te

angelus Domini stat, ut seget et interficiat te.

Unus sub schino, alter sub **primo**, se eam vidisse peccantem mentitus est.

Lapidavit ergo eos populus, et **Susannam** innocentem liberavit.

**XIV.** Daniel everfit Bel, et draconem occidit; idcirco Chaldae conjicunt eum in lacum leonum.

Cum leonibus lusit quasi cum agnisi: dederunt confessionem sancto.

Angelus transfert Habacuc cum cophino ex Iudea in Babylonem: Daniel, ait, serve Dei, tolle prandium, quod tibi misit Deus.

Confiteantur Domino misericordiae ejus: et mirabilia ejus filii hominum.

Qui habet potestatem omnis carnis, qui occidit et vivificat; qui deducit ad portas mortis, et reddit;

Sperate in eum omnes qui timetis eum: protector est omnium sperantium in se.

Custodit eos quasi pupillam oculi sui, illatos per ignem et aquam deducet eos.

Dominus pars hereditatis meae, portio mea in terra viventium.

Gloria Patris, et Filii, et Spiritui Sancto: Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in seculo saeculorum. Amen.

## SANCTISSIMÆ

# TRINITATI INCREATÆ

ET CREATÆ IN CHRISTO JESU

TRINUM PROPHETARUM JUBILUM ET VOTUM.

I. En tibi, o S. Trinitas, novus et numerosus quaternorum Cherubinorum tertio, τριπλούμενος, tripli inquam quaternarum vocum choro te celebrantiam, consonaque dissonarum linguarum concentia tibi cum Seraphinis jugiter acclamantia: «Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth.» Hui sunt duodecim Prophetæ, trii praecones et musici, duodecim scilicet Apostoli, Evangelista, et Choraulæ veteris Testamenti, qui in ternos quaterniones, quasi ternos celestis musices choros, distributi to ambiunt, tibique famulantes circumstant, ac si quadriga Cherubica triplicata S. Trinitatis nomen et gloriari toto orbe discurrentes, concinendo circumferunt. Hisce ego, eos commentando, ἀναγνώσω; cum alterante Seraphinorum choro succino: «Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis: plena est omnis terra gloria tua.» Suscipe hosce meos in tuos Prophetas labores: suscipe mea, exilia licet, tua Celsitudinis praeconia. «De ventre enim matris mea Deus meus es tu: in te projectus sum ex utero.» Ita e S. Ignatius, tertius a S. Petro Antiochenus Episcopus, a visione angelorum per responsorios hymnos sanctam Triadem laudantium vidit, et modum visionis Antiochenæ Ecclesie tradidit; unde ad omnes Ecclesias ista traditio promanavit, et hinc est ratio hymnorum responsoriorum, » ait Socrates lib. VI Hist. cap. VIII, nimis: «Felix beatorum mentium otium, juge pia doxologia est negotium; quique semel in divinitatem se mersit animus, non nisi ejus delicias et laudibus pascitur: » in quibus proinde recitandis et explicandis S. Trinitati sit omnis honor, Ecclesie decor, lectoribus sapor, mihi labor.

Hoc ergo Sanctissima Trinitas, et trina Unitas, unaque Deitas novum sit jubilum, quo tibi duodecim melodi Prophetarum, quasi musicorum, vocibus jubilo in novo hoc sancti anni jubile, quod tertium in vita hac mihi cernere agereque ad plenam culparum veniam, gratiam et sanctimoniam indulisti: quo pariter ternos tuos, Prophetarum et Ecclesie hostes, inauditis pene a seculo preliis et triumphis, per ternos reges tuis auspiciis protritos, vel subactos cernimus, gratulamur et jubilamus. Turcarum innumeris copias roburisque formidabilis, per Serenissimum Poloniæ regem Sigismundum III Jagellonidem, et S. Casimiri abnepotem, Moscorum et Tartarorum vindicem, tot cladiibus attrivisti; ut, si cæteri principes ei suppetias tulissent, jam actum esset de Ottomanorum imperio. Porro excessit illi liberum patrio et avito Suecia regno, ne fidem Deumque perderet: hanc tui causa exiguae ditonis jacturam, amplis illi in Moscovia, Polonia, Livonia, Wa...chia, Russia, Asia triumphis et imperiis centuplo furore compensasti.

II. Insuper reges præcipuas arcto inter se matrimoniorum vinculo colligasti, simulque omnibus idem studium heresis seditionis et rebellis extirpanda aspirasti. Individisti enim eis hanc sapientiam, ut clare cognoscerent enerve et imbelli esse regnum, in quo cives inter se de religione disgloriantur, ubi heretici pro sua perfidia usque ad mortem dimicant, perideque non tantum cives, sed et principes suos produnt perduimque; fidei enim et religiosi dissidiunt, *reversario* partit Ecclesie et re...publicæ dissidium, itaque intersecinom, ut rex orthodoxus regni sui dominus et rex non sit, quamvis in eo talis grassatur heres et heretici, quid et seditiones confare, et Turcas aditum patefacere, et vicinos principes ad bellum sollicitare solent. Qua ratione enim regi suo

fideles sint, qui Deo sunt injurii, blasphemi, infideles? Qua ratione principi fidem servent, qui fidem Christo et Ecclesiæ datam violarunt, et assidue ac perstinaciter violent, quique suam hanc perfidiam rebellione armant et propugnant? Non id ipsorum, non naturæ, non indolis, sed phrenesis, haeresis inquam seditionæ et infida, est vitium. Aperuisti regum oculos, ut id liquido cernerent, ideoque singuli in Calvinismum, ut regni sui pestem insurerent. Ita dediti christianissimo Galliarum regi Ludovico XIII, S. Ludovici haeredi et æmulo, supra ætatem animos et vires, ut urbes et arcas plurimas quas Hugonotti insederant, armata manu eis extorqueret, cateras pene omnes ad deditioinem cogeret, quod nemo majorum cogitare, nedum agredi ausus fuerat; ut jam ipse Francia totius sit rex, qui ante triennium dimidiatus et precarius ejus tantum rex esse videbatur. Ita FERDINANDUM imperatorem invictum, spem et columnem Germanicæ, tot tantisque victoriam, itaque continuis decoratis, ut te pro eo manifeste pugnante, illud Juli Caesaris, imo vero propternu si Caroli V imperatoris iure dicere possit: «Veni, vidi, vicit Christus.» Et illud Debhoræ, *Judic. v.*: «Nova bella elegit Dominus, porta hostium ipse subvertit, etc. De celo dimicatum est contra eos: stelle manentes in ordine et cursu suo, adversus Sissaram pugnaverunt. Instar fulminis enim virtus ejus exercitus, duce Bavaro, quasi redivivo Iuda Machabæo, pervasi subiectum Austria, Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Hungarianam, Palatinatum utrumque, ex illo que haëreticorum patriarchas Hussitas, ac rebellionem faces Calvinistas, expulit et profugavit: quia in re suas quoque egregie præstitera partes insignes ex Italia Belgique duces, cum validis copiis ab optimo rege catholicò opportune in auxilium submissi; ut jam Germania putidis et pestiferis membris recessit libera, redintegrari, revalescere, pristinissime vires et robur queat colligere: quibus in unum collectis roborata, non tantum Turcis resistere, sed et eos bello lassessere et invadere audeat, Hungariaque haeresis dissidente, unitis Germanorum et viciniorum armis repetero et recuperare valeat. Hee eorum aeterna erit gloria, hi immortales triumphi, haë trophaea, qua in omne ævum perennabunt. Agite, principes generosi, pergitis magnis animis, opus felicibus adeo auspicioceptum conficie, paribus studiis rebellem Calvini haëresin pene evulsam stirpitus uulnibus eradicare.

III. Quare procul absit a christiano fidelium pectore, ut haëreticos contra orthodoxum suum principem rebellantes adjuvare, aut fovere satagat. Qui enim haëreticos juvat, haëresin juvat et propugnat, ipsamque Christi fidem et Ecclesiæ oppugnat. Qui rebelles juvat, rebellionem juvat et propugnat. Quocirca justo Dei iudicio reddetur ei talio, ut in quo peccavit, in eodem puniatur, et ab haëretico bello, a subditu rebellioni exagitetur; ut, quod alii feci injuste, idem juste a suis patiatur. Sapienter Thucydides, lib. I: Nullus princeps, inquit, a suis subditis juste puniendis arcendus est: et qui id facit, parent in se legem statuit, ne et ipse suos puniat delinquentes. » Ita gravem non tantum censuram, sed et vindictam Dei subiit Josaphat, plus aliquo rex Iuda, quando oraculo Jehu castigatus audivit: «Impio præbas auxilium, et his qui oderunt Dominum amicitia jungeris; et idcirco iram quidam Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, et preparaveris cor tuum ut requirexes Dominum.» II *Paral.* xix, 2. Graviorem vero exceptit ab Eliezer propheta, in eum denotante: «Quia habuisti fedus cum Ochozia, percussit Dominus operæ tua, contrariaque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis,» II *Paral.* xx, 37. Et tamen Josaphat Ochoziam adjuvarat, non in impietate, sed in re politica duxtaxat, nimis ad navigandum in Tharsis. Porro verissimum est istud, licet nonnullis paradoxum: «Christianorum de christianis parta, cedit Victoria vieta,» uti evidenter demonstrat in *Politica* pereruditus Christopherus Varsevicius in *Paradoxos*. Quamobrem sapientes consiliarii hoc suis principibus instillant principium: «Ut tuum regnum firmes et amplifices, omni studio cole pacem et fedus cum viciniis christianis principibus. Horum enim amicitia tibi erit murus et antemurale.» Nam, ut ait rex sapientissimus: «Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma,» *Prov.* xviii, 19. Quin et Atticus Orator: «Præcipuum, inquit, boni principi opus est, amicos parare. Nullum enim majus boni imperii instrumentum, quam boni amici,» Plinius in *Panegyr.* Audiant christiani saluberrimum Anchise apud Virgilium, *Romanos* a civilibus bellis dehortantis, consilium:

Ne queso, ne tanta animi assuscite bella,  
Neu patriæ validas in viscera vertite viræ.

Ista ergo magnifica Dei sunt opera, qui principibus sibi fideliibus facit mirabilia magna solus; cui proinde tota Germania, tota Gallia, tota Polonia, imo totus orbis christianus ob tantas tamque recentes victorias, cum gratiarum actione canticum novum coecinat, totoque hoc jubilao cum Mose et Hebreis jubile: «Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem projecti in mare,» *Ezod.* xv. Eia S. Trinitas, tribus virtutis tua lanceis, tua in qua potestia, sapientia et gratia, trium hostium tuorum, pariter ac Prophetarum, Saracenorum inquam, Haëreticorum et Schismaticorum mentes cordaque feri et saucia, ut omnes sese tibi subdant, te agnoscant, credant, ament, glorificant: «Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.» Tunc tue Majestati ei clementia vere et exultanter omnium gentium jubilis, illud regi vatis oraculum jubilabimus: «Omnis gentes, plaudite manus, jubilate Deo in voce exultationis. Psallite Deo nostro, psalite: psallite regi nostro, psalite: quoniam rex omnis terra Deus, psalite sapienter,» *Psalm.* xlvi. «Jubilate Deo, omnis terra, psalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus,» *Psalm.* lxv. «Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus,» *Psalm.* xv.

IV. Tu rex seculorum immortalis, invisibilis, glorus, qui lucem habitas inaccessibilem, per Verbum incarnatum te mundo pandere, appare et cerni, ac loqui, versari, et convessi nobiscum dignatus es: per illud nos tibi reconcilias et unis: in illo divitias gloria tua nobis ostendis, «ut, dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur.» Christus enim dum nostram carnem assumpsit, nobisque consanguineus et cognatus, imo frater, fieri dignatus est, nos Deo concorparavit, ac S. Trinitatis affines efficit. Ipsa ergo est salus nostra, honor noster, amor noster, delicia nostra. Nimurum hoc «manifeste magnum est pietatis tua sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparent angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria,» I *Timoth.* ii. Hoc divini tui consilii arecanum prioribus generationibus incognitum, et aeternis temporibus tacitum revelasti Prophetis, quasi aquilis celestibus, ut idipsum nobis discordi vocum concordia praecinerent. Hoc est Verbum infans, puer sapiens, Deus lactens, Christus crucifixus, qui factus est nobis sapientia, justitia et redemptio. Hie est fidei nostra axis, sapientiae basis, sanctitatis apex, charitatis illucum, felicitatis centrum. intonat eo Michaelas cap. v: «Et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Iuda: ex te egredietur qui sit dominator in Israel: et egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis.» Insonat Aggaüs cap. ii: «Adhuc unum modicum est, et ego commovebo colum et terram, et mare et aridam; et movebo omnes gentes. Et veniet desideratus eunctis gentibus.» Consonat Malachias cap. ii: «Statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus ejus? Et quis stabit ad videndum eum?» Succimit Zacharias cap. iii: «Adducam servum meum Orientem.» Et capite ix: «Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincitos tuos de lacu.» In Christo ergo, o increata S. Trinitas, tui vivam imaginem expressisti, et triadem creatam efformasti: quod admirans S. Joannes, epist. I, cap. v: «Tres sunt, inquit, qui testimonium dant (Verbo incarnato, Christo Iesu) in celo, Verbum, et Spiritus Sanctus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, et aqua, et sanguis; et hi tres unum sunt.»

Felix Bethlehem, felix Iudea, felix Jerusalem, que non tantum Prophetas, sed et ipsum Verbum incarnatum signare, videre et audire digna fuisti; quæ divinis ejus pedibus calcata, ejus sermonibus, sudoribus, lacrymis, suspiris, quin et sanguine pretioso irrigata, eum hospitem, imo civem et filium, redemptorem et salvatorem habere meruisti; scilicet, «factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion. Quæsivimus locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campus silva. Introibimus in tabernaculum ejus: adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus,» *Psalm.* cxxxi. Ibi suam ipse fundavit Ecclesiam, ibi refusil aurora legis novæ in splendoribus Sanctorum, Virginis Deipara, Apostolorum, Evangelistarum, ac primorum fidelium fide et charitate arduentem. Quocirca Christus sponsus hunc thalamum sibi adamans, indeque sponsam Ecclesiam alliciens: «Veni, inquit, de Libano (de Jerusalem et Iudea). sponsa mea: veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de ver-

ticie Sanit et Hermon (usque Iudeæ montium), de cubilibus leonum, de montibus pardorum, »  
Cant. iv. Idipsum præcinctum Zacharias cap. xii: « In die illa erit fons patens (gratia et baptismi) domini David, et habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruata. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, et non memorabuntur ultra. » Et cap. xiv: « Stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivaram, qui est contra Jerusalem ad Orientem. Et erit in die illa, exibunt aquæ vivæ de Jerusalem, etc. Et erit Dominus rex super omnem terram; in die illa erit Dominus unus, et erit nomen ejus unum. » Michaëas vero cap. iv: « De Sion, ait, exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem. »

In felices ergo et miseri christiani, qui a suis incububulis exsulant, qui sanctam urbem, sanguine Christi purpuratam, qui aurora fuit Ecclesiæ, primumque ejus regnum a Turcis et Saracenis possideri, profanari et sacrilegio pollui cernunt et tolerant. Non toleravit id Constantinus imperator qui loca sancta christianis restituist: cuius muta et sumpta mater S. Helena Hierosolymam profecta, loca sancta religiose venerata in Bethlehem, monte Calvaria et Oliveti, alibique regia magnificientia templo et basilicas exadificavit. Quare copit tum eo peregrinatio a fidelibus frequentari, confluentibus e toto orbe devotionis ergo christianis. Ipse S. Hieronymus, reliqua Roma, in Bethlehem se transtulit, nt ad Christi incububula vivent et morentur; quem secuta S. Paula, magnum post se trahens nobilitatis Romanæ agmen, ibidem quatuor exstructis monasteria, in quibus ipsa cum filia Eustochio Christi paupertatem, humilitatem et sanctitudinem imitata, vitam egit religiosam et colestem. Bethlehem ingressa, ait S. Hieronymus in *Epitaph. Paula*, et in specum Salvatoris ingrediens, me audiente jurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in praesepi Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem desper, matrem Virginem, pastores nocte venientes, ut viderent Verbum quod factum erat, et jam tunc Joannis Evangelista principium dedicarent: In principio erat Verbum, et Verbum caro factum est; mixtisque gaudio lacrymis loquebatur: Salve, Bethlehem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de celo descendit. Salve, Ephrata, regio uberrima, cuius fertilitas Deus est. »

Constantinum secutus Heraclius imperator anno Domini 628, colestibus de Cosroe Persarum rege potius victoris, crucem Christi ipsi erexit, Hierosolymam victor reportavit, ac deposito regali cultu, detractisque calceis, et plebeio amictu indutus, illam propriis humeris refutit in eum montem, quo eam Salutor tulerat; ac in eodem Calvaria loco statuit, unde a Persis fuerat asportata. Ita S. Trinitatis Christicte injurias ultos Heraclius hucce de Persis vindicis dedit, imo redidit Hierosolymam. Jerusalem enim est civitas Dei electa, sancta et gloria, fundata in montibus sanctis, centrum et umbilicus mundi, urbs perfecti decoris, gaudium universæ terra, paradiso orbis, que tanquam regia inter omnes urbes, velut caput in corpore, sicut sol inter astra effulget; quasi Ecclesiæ militantis Capitolium, triumphantis typus et præludium.

V. Post Constantinium et Heractium Urbanus II Pontifex æternum deus et gloriæ sibi peperit (unde et monumento ejus hoc elogium inscripserunt: « Urbanus II, avtor expeditionis in infideles »,) cum Concilio apud Clarum Montem habito anno Domini 1098, ita principes Gallia ad recuperandam Hierosolymam a Saracenis jam diu occupatam, animavit, ut non dubitarent mori pro illa civitate, in qua Christus pro nobis mortuus est. Quare effecti ut trecenta hominum millia nomen in militiam Christi dederint, signumque crucis suscepserint, atque inter illos multi principes, duces et comites: in quibus eminuit Godefridus Buloni dux, præstantis animi, religionis et fortitudinis vir: qui quam facile Terra sancta a christianis recipi possit, ostendit, dum parvus copis residuis Hierosolymam anno Domini 1099, expugnavit, feria sexta, hora qua Christus mortuus est, ipseque primus concensis muris urbem ingressus, primus doinde Hierosolymæ christianus rex, quasi novus David creatus, regnum in posteros sex reges, per LXXX annos propagavit, idque merito sua virtutis, pietatis et modestie, qua, ut alia præterea, christianis principibus eum de more regio diademate coronare satagentibus, humilitatis studio restitit, dictans: « Nolle se aurea insigniri in urbe sancta, in qua Christus Dominus pro nostra salute spineam tuisset: unde ea contentus, illique reverentiam exhibens, regiam respuit, regum optimas, lumen et speculum ceterorum, » ait Wilhelmus Archiepiscopus Tyri, lib. IX *Belli sacri*, cap. ix. Vivet, Godefride, vivet, Urbane, tua virtus et gloria, quādū sacerdorum omnium vivet *ÆTERNITAS*.

Porro orationem Urbani, qua in Concilio Claromontano omnes ad bellum sacrum accendit, recitat idem Wilhelmus, in qua inter cetera ait: « Hæc igitur salutis nostre incunabula, Domini patriam, religionem matrem, populus absque Deo, ancillas filius Ægyptus possidet violenter, et captivitatis libere filiis extremae imponit conditiones, quibus versa vice merito servire tenebatur: Saracenorum gens impia, loca sancta in quibus steterunt pedes Domini, jam a multis retro temporibus violenta premvit tyrannide, subactis fidelibus et in servitutem damnatis. Ingressi sunt canes in sancta, profanatum est sanctuarium, humilitatis est cultor Dei populus, angarii patitur indigna genus electum, servit in Iudea et latere regale sacerdotium, princeps provinciarum facta est sub tributo civitas Dei. Templum Domini, de quo zelans Dominus vendentes ejecit, ne dominus Patris ejus fieret spelunca latronum, facta est sedes demoniorum. Templum Domini, inquam, ut ait Mathathias, quasi vir ignobilis, vasa glorie ejus abducta sunt captiva. Civitas Regis regum, quæ illis regulis intertemperante tradidit fidei, gentium superstitionibus cogitor invita deseruisse; sancta Resurrectionis ecclesia, requies dormientis Domini eorum fedator spiritalis. Loca venerabilia, quæ Dominum in carne suscepserunt hospitem, signa viderunt, senserunt beneficia, facta sunt gregum presepi, stabula jumentorum. Accingimini ergo, et estote, filii, potentes, ut pugnatis adversus infideles; quoniam melius est mori nos in bello, quam videre mala gentis nostræ et sanctorum. » Audite hæc, principes, audite, christiani, summi Pastoris vestri, Christi Vicarii, in quo oracula.

VI. Urbani copta constanter prosecuti sunt succedentes ex ordine Pontifices, Paschalii II, Gelasi II, Callistus II, Lucius II, sed maxime Eugenius III, qui anno Domini 1143, urgente Ludovico rege Francorum, et S. Bernardo, expeditionem in Terram sanctam suscitavit, ac S. Bernardum ad omnes Gallie et Germania populos (qui eum ut Prophetam, vel Apostolum suscipiebant) in eam concitando aueroravit; quare sequenti anno omnium consensu, S. Bernardus totius bellum et principes militis electus est. Verum satis visum est Eugenio, si ille tuba sacerdotali indiceret bellum, et tam verbis, quam litteris christianos ad id excitaret: quod illum felicissime sequentibus innumeris signis et prodigis praestitisse, testatur Acta vite ipsius, et Epistola ab eo conscriptæ, nec non et Otto Fisingensis; sed magis ipse rerum successus, dum non solum Ludovicus rex celebrare apud Verzelacum conventu, cruce, quasi belli sacri insigne, ab eodem S. Bernardus sumpsit una cum multis regni sui principibus et optimatibus, quas tam ingens populi multitudine secuta est, ut vacarentur urbes et castella; sed et ejusdem horato Conradus, Romanorum rex, generali apud Spiram conventu indicto, ex quo crucem una cum fratre suo Henrico, duce Noricorum, aliisque principibus et nobilibus plurimis (etiam Polonis, adeoque Henrico Boleslai regis fratre, teste Cromero lib. VI *Polon.*) accepit: quibuscum etiam signati sunt nonnulli Episcopi, atque inter alios ipse Otto Fisingensis, virtutibus et meritis clarus. Qui demum addit non solum ex Romano Imperio, sed etiam et viciniis regnis, puta Francia, Anglia, Pannonia, innumeris populis ac nationibus hæc expeditionis fama ad sumpendam crucem commotis, repente sic totum penit Occidentem siluisse, ut non solum bella moveare, sed et arma quæcumque in publico portare nefas haberetur. Utinam nunc iterum S. Bernardus, vel et celo idem classicon fidibus canat!

Ludovicus et Conradium emulatus est S. Ludovicus, Francorum gloria dicam, an sanctitas, an verius utrumque? qui in Palæstinam non tantum copias transmisit, sed ipse quasi earum dux, refecto avito solo et regno, per tot terrarum maritimumque spatia, maximis impeditis, laboribus et conatibus, semel et iterum trajecit, ut eam Saracenis extorqueret, et christianis pristinis heretibus asseroret: sed cum peccatis fidelium exigubitis, idipsum, quod tanto conamine, virtute et anime moliebatur, perficere non posset; mortem tamen in tam gloriæ expeditione oppetrere anno Domini 1270 non dubitavit, fidensque cygneum cœnit: « Introibo in domum tuam, Domine, adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo; » nimisrum, et tendit ad astra per aspera virtus: « quoniam et operis tam christiani prosequendi et perficiendi deus filii posteriorque suo exemplo, aque ex testamento reliquit. Resuscita, Domine, hunc S. Ludovicum zelum in catholicis regibus et principibus, præsertim Turcæ limitaneis et confinibus, ut unanimes in tantum opus conspirent; sed et remotores excita, ut in partem tam gloriæ operis veniant, ac

nominatim S. Ludovicus sequaces, hæredes, et cognomines, ut victoria arma ab hæreticis in Saracenos transferant, ac Francos, ceterosque otari nescios opere tam sancto occupent, ne ipsorum ardor quietis impatiens in bellum vel civile, vel christianum, quo sese invicem collidant, turpem que dent maculam in gloriam suam, ac iram Dei in se concident, erumpat; sed potius in Turcas, Tartaros et Saracenos, juratos S. Trinitatis Christique hostes, ad vitam et immortaliter eorum gloriam, sese exerat. Hoc nomen christianissimum eis hereditarium, hoc S. Ludovicus progenitor, hoc generosa indoles et animi celsitudo, hoc S. Ecclesiæ amor et fidei ardor, hoc Victoria et trophyea contra Christi perduelles colitus data, hoc præssiles, hoc Pontifices, hoc fideles omnes jure suo ab eis efflagitant.

VII. Sapienter S. Catharina Senensis theodidacta (uti refert Raymundus Generalis Ordinis Prædicatorum, et ex ipso Ambrosius Catharinus in ejus *Vita*) Summos Pontifices, Gregorium XI et Urbanum VI, anno Domini 1375 et sequent, acriter ad bellum Turcicu inferendum extimulavit. Cumque Pontifex regeret, illud in tot intestinis principum Italiae, aliarumque regionum dissidiis, importunum videri, institut illa: « Inmo vero, inquit, nunc maxima opportunitum est, adeoque nullum efficacius remedium ad dissidii haec tollenda suppetit, quam si fedus sanctum sanctificatur, quo omnes paribus animis in communem Christi et Christianorum hostes conspirent: ibi suos animos et impetus, suos pugnandi ardores irasque effundent, eaque ratione privatas ponent lites et odia. » Ita, ut alios taceant, Rogerius et Boemundus fratres, Siciliae, Apuliae et Calabriae principes, continuo inter se de principatu digladiantes, ab Urbano II federe belloque sancto conciliati, arma fraterna in Saracenos verterunt. Boemundus enim occupata Melph, cupiditate gloria incensus, cum duodecim milibus delecto juvenutis Italiae in Terram sanctam profectus, sua ha virtute animique præstantia adeo fratrem Rogerium permovit, ut positis armis dixerit sibi omnia cum fratre deinceps fore communia, ac statim Tancredum filium pugnandi cupidum, bellum commitem fratris tradiderit, ait Platina in *Urbano II*. Pari modo acerba Germanorum, Bavarorum, Belgarum, Polonorum dissidia sopita fuisse expeditione in Terram sanctam due Conradus imperatore, narrat Otto Frisingensis, lib. I *De Gestis Frederici I Imperatoris*, cap. xxix. Sapienter Livius lib. II: « Bella externa, inquit, sedant domesticæ seditiones. Externus timor, magnum concordie vinclum. » Idipsum pervidet metuque Turca, quo circa omni ratione christianos principes a sece invicem divellere, ac inter eos lites et bella serere molitur: ea de causa dum vicinum aggreditur, cum remotoribus fedus init, imo eos in vicinum concitat, itaque eum christianorum armis expugnat; quo facto remotorie gradatim eadem arte et fraude circumventos, ac ab aliis desertos aggreditur, occupat et subjugat. Fœdifragus enim ipse cum sit, fedus initum, dum ei lubet, quæ sita occasio abrumpit: cum ex adverso christiani, insidiosi foderis nomine magis quam refigione iretiti, vicinos ab eo invasos protegere non audeant, itaque ipsos ejus præda exponant, mox et ipsi ejus præda futuri. Norunt historiarum et rerum Turcicarum perit, Turcam subinde jurare super libro smegnito, itaque imposturam christianis facere, ac juramentum violare, dictitando se super libro ficto, non vero, ac proinde ficto, non vere jurasse. Quare jure ei regerant christiani: Frangenti fidem, fides frangatur eidem. Nimirum fœdifragus fuit Bajazetes, qui Venetiis contra pacta Coronem, Methonem et Naupactum ademit. Bajazetem imitatus nepos Solymannus, qui anno Domini 1537, toti viribus Italiani aggredi destinabat, sed temeritate cuiusdam Veneti triarchæ offensus, omnes iras et copias in Venetos sibi federates effudit, Corcyra ipsorum insulæ longe latèque vastata, et insulis Cycladibus direptis, negotiatoribusque Venetiis toto Turcio imperio cum universis eorum opibus et pecuniis in predam datis; insuper eodem Nauplii et Epidaurici concessione, ac duabus in Dalmatia arcibus, Nadino et Lubiana, multavit; Solymanni enim erat vox: « Dummodo regnum, nil moror: siue in celo unus Deus, ita in terra unus Solymannus est colendus. » Solymannum patrem annulatus Selymus, fedus jurejurrando cum Veneti initum violans, eis Cyprus extorsit; quin et eis insultans: « Barba, inquit, mihi a Veneti apud Naupactum abrasa succrevit; ego vero eis brachium dextrum capti Cyprus amputavi, quod nunquam cresceret. » Annon haec soritas leonina? Pari modo facere et facient ceteri. Cum enim ab origine fuerint sintque orbis prædones, toti opibus regnisque christianorum per fas et nefas inhiant. Interim lethargo quasi sopiti altum dormiunt christiani; quin quis-

que longe a se Turcam, et se ab ejus jugo, abesse antumat. Quia in re errant omnes gravissime. Idem censebant olim Constantinopolitani, Trapezuntii, Thraces, Bulgari, Bosni, Servii, Hungari, ceterique; at jam a Turca capti, errore sumu vident, et serio, sed sero lugent. Turca in lumen, et pene in visceribus est christianorum omnium, et illi cum a se remotum dicitant? O casitas! o stupor! Nuper tempore Pii V, inhiavat Creta, Venetiis, totique Italia. Viennam semel iterumque obsit, inhiavat Auguste totique Germanie. Ante triennium Poloniæ se unico prælio devoraturu, pollicebatur. Imminet ergo, et pene incubat Italiae, Germanie, Polonia. Nunc silet, quia domestici distinctur dissidiis; at occasione prestolatur. ea data illico more suo imparsat Italos, Germanos, Polono adorietur et opprimet. Utinam periculum hoc adeo quam certum est et præsens, conspiciant, et inito contra eum communis fœdere discutant christiani, dum res est integra! ne sero cum ceteris jam a Turca occupatis sumu torporem, suaque dissidia accuset et delectant. Nunc cum domi rebellione gravi variaque agitatur: cum in Persam omne exercitus robur transmisit; cum puer est, cum ducibus, consilio et arario destituitur; cum principes catholici tot victorius a Deo datis ad bellum sacrum invitantur, tempus est opportunum eum invadendi et prodigandi: quid si præterire negleximus, sero plementis illud requiremus. Nihil enim tam volucere est quam occasio: nihil levius, com se offert, penditur; nihil magis, cum abiit, desideratur; nihil periculosius amittitur: nihil difficilis recuperatur. Porro quis dubitet Turcam Italiae et Christianis immixtrum, cum Tunetanum regnum ab eo occupatum a Sicilia, Epirum et Macedoniam a Dalmatia, Forojuolum a Dalmatia tenissimum tractu videat disternari; cum Apollonia, Turcico oppido, Hydruntum regni Neapolis urbem, antea quoque a Turciis possessam, unius noctis spatio annavagari posse intueatur? Quid Hispanis, Italis, Gallis insidiosius Alligerio? Quid Fessa, Marocco, Bersita, et tota illa Afrorum vafrorum societate est infestus? An Gallici ergo expers? nequaquam. Maria quæ utramque ejus partem alluant, adeo Turcicis sunt infesta latrociniis, ut non ora, non sinus, non portus aliquis tutus et iis non exploratus esse videatur. Quocirca Joannes ille Tarnoviensis Comes, qui sapientis Polonie exercitus vicerat, dictitahat « omnia Polonica comitatu perpetuan belli Turcici meditationem esse debere. » Idem dicas de comitatu Germanicis, Gallicis, Italicis, Hispanicis. Celebre est illud Graecorum apud Pachymerem, lib. V *Historia*: « Cum hostibus Crucis geratur bellum, ubi et Victoria laudabilis est, et vinci salutare. » Item: « Pax colenda, ubi Dei iacturam non facimus: bellum gerendum, ubi religio periclitatur totaque respublica. »

Quapropter ut ad Pontifices sacri belli faciales, immo tibiçines redeam, Eugenii III pro Terra sancta zelum emulati sunt Alexander III, Lucius III, Urbanus III, Gregorius VIII, Clemens III, Caletinus III, Innocentius III, Honorius III, Gregorius IX, cui mox succedens Innocentius IV, testibus Platina, Onuphrio et aliis, legatos per Franciam et ceteras provincias misit, qui fidelibus suaderent militiam Christi suscipere, et S. Ludovicus signi castraque in Terram sanctam sequi. Ad eamdam christianos incitauit Alexander IV, Urbanus IV, Nicolaus IV, Innocentius VI.

Eugenius IV vero Pontificatum intiens anno Domini 1431, in Turcas mari classem, terra exercitum legato Juliano Cesario Cardinali misit, ac duce Ladislao Polonie rege trinitate Turcarum millia uno preño inter Hadrianopolis et Danubium cecidit. Tunc quoque Joannes Hunniades a Ladislao Transylvaniæ prefectus, multis Amuratis exercitus delevit, Moldaviae recepit, maximam Serviæ et Bulgariae partem victricibus armis percurrit.

Eugenio IV succedens Nicolaus V anno Domini 1447, vehementer institut, ut bellum communum omnium Christianorum consensu in Turcas decerneretur, quos jam parate arma contra Constantinopolitanos senerat: et ob eam Cardinalis Rutenum Constantinopolim miserat, qui imperatori et ceteris auxilium pollicetur, si ad catholicam fidem, ut in Concilio Florentino promiserant, redire voluerint; sed illis in schismate persistentibus, justa Numinis vindicta Mahomet Turcarum imperator Constantinopolim paulo post expugnavit anno Domini 1453, ac occiso imperatore Palakologo, crudelissime urbem ferro flammante vastavit, teste Chalcondyla, lib. VIII, et aliis. Cujus rei labores Pontificatus suo impactant, dum abolare coactis in Turcas copiis studeat Nicolaus, arthritici doloribus extinguitur.

VIII. Nicolai studiis insistens successor Callistus III, creatus Pontifex anno Domini 1455, ille

Turcis bellum indixit. Repertum est in scribalo ipsius haec de re votum, ante pontificatum hisce verbis futuri prasagis concepum : « Ego Callistus Pontifex Deo omnipotenti vove, et sancte dividua Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, excommunicationibus, et demum quibuscumque rebus potero, Turcas christiani nominis hostes savissimos persecuturum. » Ea de causa illico predicatores per totam Europam misit, qui christianos omnes ad arma contra Turcas concilarent; quin et per legatos Usu measanum Persarum regem contra eosdem accendit. Ipse sedecim triremes Roma adficiatas in hostem misit Ludovico Patriarcha Aquileiensi praefecto, qui triennio maritima hostium Asianorum vexavit, insulas quasdam cepit, ac magnas clades hostibus intulit. Alfonso autem rex et Burgundie dux crucis signum suscipientes, ituros se quoque in hostem profitebantur, vel armatos milites eo missuros. Jussit insuper Callistus in meritis campanae sono fideles admoneri, ut orationibus eos juvarent qui contra Turcas dimicabant. Haec ratione parta fuit illustris illa de ipsis victoria. Christiani enim ducere Johanne Vairoda, adhortator Johanne Capistrano Minorita apud Belgradum anno Domini 1456, sexaginta Turcarum milia ceciderunt, capitis centum sexaginta bellicis tormentis; Mahometes tyranus sancius, fuga salutem quasivit. Ea Victoria Pontificis festum, putu officium solenne, Transfigurationis Jesu Christi die sexta augusti instituit. Actum de crudelissimo hostile tunc fuisset, si christiani principes omissis intestinis oditis et bellis, terra ac mari tantam victoriam prosecuti fuissent, siue Callistus moneret et urgebat. Verum, dum illi signiter rem agunt, Turca resumptus viribus Trapezuntum prius, imperatore intercepit, Bosniam deinde rege capto atque imperfecto, cepit. Pravidebat hac e specula Callistus et gemelata, nec cessabat litteris et nuntiis principes christianos adhortari, ut in tantis malorum periculis oculis aliquando aperirent, frustra remedia deinceps quasitantes, ubi jam hostis invadisset : Platina, Olympius, Genebrardus, in Chronol., Suarez, tom. I De Relig. lib. II, cap. v; Azor, tom. II, lib. I, cap. xv. Vide hic quam Pontificibus ex officio continua, et quasi hereditaria fuerit cura sacri foderis contra Turcas exercendi.

Quapropter Calisto III succedens Pius II, magni animi, sapientie, facundiae et zeli vir, conuentu principum et tota Europa Mantua indicte, nervosa et efficaci oratione iisdem persuasit, ut bellum communii omnium decreto Turcis indicteretur. Verum detrectum hoc infregerunt mox in testina bella, quibus Germani, Hungari, Britanni, Hispani, Itali in se mutuo armis verterunt. Stetit tamen in sententia animosus Pontifex, dumque classem, que passim in portibus superi inferique maris ad tantum bellum fuerat adficiata, atque Venetorum ducem belli socium Anconam exspectat, diutina et lenta febre afflictus moritur anno Domini 1464, Pontificatus 6, sepultus in basilica S. Petri, cum hoc elogio: « Pius II Pontifex Maximus, natione Tuscus, patria Senensis, sedis annos sex. Brevis Pontificatus ingens fuit gloria. Oppugnatoribus Romanae Sedis intra alia extra Italianam restitut. Conventum Christianorum Mantua pro fide habuit. Catharinam Senensem inter Sanctas Christi retulit, etc. Cujus justitia et religiosus. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum de bello Turcis indixerat, Anconam decepsit: ibi et classem paratam, et Ducentum Venetorum cum suo senatu commilitones Christi habuit. »

Pio II suscepimus est Paulus II, anno Domini 1464, qui accepto nuntio Turcas capti Epiro in Illyricum iter parare, legatos misit ad reges et principes, eos oratum, ut, compositis rebus suis, de bello Turcis inferendo ad propulsandam injuriam cogitarent.

Paulum II exceptit Sixtus IV, anno Domini 1471, qui, ut christianos principes inter se dissidentes ad concordiam revocaret, et sacro in Turcas federe sociaret, Bessarionem Cardinalem Nicenum misit in Galliam, Rodericum Borgiam in Hispaniam, M. Barbum in Germaniam et Pannonicum; Oliverium Carafam maritimum 24 triremium classi praefecit; hiis se junxere 50 triremes Venetorum, 24 Ferdinandi regis Aragonum, adeo ut illis Turca ex Bosphoro in Aegeum obviem prodire non sint ausi. Smyrna tunc in Asia capta, incolaque omnes abacti. Constans fama est, christianos eo anno magnam Asiam partem occupaturus fuisse, si ipsi mari, sicut Usunassanus Persarum rex terra, Turcas vexare perrexissent. Mox cum Scodra, ditiois Veneti oppidum, a Turciis oppugnaretur, Sixtus Scodranos commissa et peccatio instruens, ad hosti resistendum animavit. Rursum cum Turca, Hydrunte in Salentinis repente vi capta, Italiam omnem incredibili terrore complesset, Sixtus comparata classe hostem retroredi compulit. Sub id tempus Cypri-

occuparunt Veneti, ne in Turcarum potestatem veniret: Mahometes maximis viribus Rhodum oppugnans, eam fortior tuente magno Rhodiensem Equitum Magistro, re infecta discedere coactus est.

In Sexti IV mortientis locum suffecitus Innocentius VIII, anno Domini 1484, omnes christianos principes frequentibus nuntiis horfatus est ut, mutuis dissensionibus et bellis compositis, fedibus juncti, Turcarum vires tota iam orbe formidabiles retundenderent. Zizimnum Sultanum Bajazetis imperatoris fratrem exceptit, ac ejus opera bellum Bajazeti inferre meditabatur: qui ut illud a se averteret, quotannis Romanam quadraginta aureorum milia ad alendum fratrem submisit, atque Pontifici dono dedit ferrum lancea, quo latu Christi in cruce perforatum est, quod religiose in Vaticano S. Petri basilica asservatur et visitur. Igifur ad unum omnes ab Eugenio IV usque ad Alexandrum VI, ex ordine Pontificis, fedeli helloclo sacro totis animi viribus incubuerunt; minime Nicolaus V, Callistus III, Pius II, Paulus II, Sixtus IV, Innocentius VIII. Horum vestigia institere Leo X, Adrianus VI, Paulus III, Pius IV, cuius opera Solymannus Melitensem obsidione solvere coactus est.

IX. Atque ut ceteros tecum, horum, ac nominatim Pii II et IV, tam spiritus quam nominis haeres et amulus Pius V, suis suorumque communis neglegitis, curas omnes ad publicam salutem convertnit, bellum sociale cum rege catholicis et Venetis iniit, ac de Turcis memorabilem illam apud Naupactum in sinu Lepantino victoriam refutit anno Domini 1571, Graeciam multaque alia iis erupturnis, si ducum nationumque concordia constitisset, et expeditionem feliciter coptam constanter prosecutus fuisset; sed christianis accidit quod Maharbal a Cannensi pugna dixit Annibali: « Vincere scit Annibal, at victoria uti nescit. » Hoc ergo illustrium Pontificum Urbanorum, Eugeniorum, Callistorum, Pirom, ceterorumque pene omnius ab Urbano II usque ad Gregorium XIII, illustris fuit opus, hoc deus: quorum proinde nomen et gloria in terra apud homines, et que in celo apud Deum et Angelos Sanctos in omne avum perennabit. Utique meminerant illi se pastores esse non urbis duntaxat, sed et universi orbis. Sciebant primas Pontificis curas esse debere, ut fidem, Ecclesiam, cultum et regnum Christi ubi vis gentium propagat. Sciebant prausilis apostolici proprium esse munus, imitari S. Petrum, ceterosque Apostolos, qui vel per sa, vel per suos universum mundum Christo subegerunt. Norant fideles, etiam infidelibus subditos, suas esse oves, sibi a Christo et B. Petro conceditas, ac proinde sui officii esse eas pascere, tueri, et in libertatem asserere. Quocirca numeri huius suo plene satisfacere sategerunt, esto voluntati eorum et voto exitus non semper responderit, sive Imperatorum Graecorum perfidis, sive quia promiscuus, inops et imbellis fidelium turba devotione excita ad bellum concurrevit, sive quod eadem acephala fuit et carens idoneo duce; sive quia inter duces concordia non constituit. Ad tantum enim expeditionis opus est uno summo, eoque insigni imperatore, lecto et veterano milite, ac arario solidio: qua tria reges christiani hoc tempore facile praestare possunt. Auxilia deinde valida varia provincie et gentes ultra praebent. Sane christiani qui provincias Turca subtilis incolunt, duramque servium servitum; quin et sola christiana Turcarum mancipia multis subinde partibus ipsos Turcas numero superant, uti oculati testes rebarunt; adeoque hic Turca tria, illa decem, alii viginti possident mancipia, quae ut tyrannicum herile jugum excutiant, decerabunt usque ad mortem; cum servitus Turca eis ipsa morte sit acerbior. Exempli sit Georgius Castriotus, qui anno Domini 1443, Amurafis jugum executus, Epri se principem constituit, ac solus cum suis Epirotis per omnem vitam ἀνεῳδει πάλιον cum Turca gessit, multasque et magnificas de eo victorias reportavit. Unde Turci illa formidabilis existit, ut ab eis Scanderbegius, id est Alexander Magnus, sit nuncupatus, quin et solo ejus nomine auditu, eum stilet et adventare, illico velut viso fulmine diffugerent: de ejus gestis plane heroicis libri tredecim extant. Coetus et quasi ei collega fuit Joannes Huniades, cuius paulo ante memini, cognomento Fulmineus, Turcarum terror pariter et fulmen, qui variis praelitis facile millionem Turcarum occidit, cuius hoc erat axioma: « Turcam a Christianorum provinciis, puta ab Italia, Germania, Polonia, longius esse submovendum; nec expectandum donec ipse Christianorum regiones invadat, sed in Thraciam et Turciam Christianis esse transeundum, ibique cum eo confingenit; perinde ac Alexander Magnus cum Dario in Asia, Annibal cum Romanis in Italia, Scipio cum

Carthaginensibus in Africa dimicarunt. » Hunniadis et Scanderbegi, neque ac Ladislai assecæ, imo successores sunt reges et principes Poloni et Hungari, qui, utpote Turcis et Tartaris contermini, cum eisque assidue belligerantes et triumphantem, pene soli rem hanc conscient, si quis eis portionem pecuniam ad tantum opus necessariae suppeditet, imo duntaxat pranumeret: facile enim ipsi eam deinde ex victorum spoliis, et provinciarum, quas subjugabant, tributis refundent. Atque videtur Deus idipsum nupera eorum tam insigni Victoria praesignificasse, adeoque inchoasse. Sane apud Turcas in fatis est, et certum quasi oraculum, suum imperium a Polonis evertendum. Quocirca haec præ alii expedita viris sapientibus videtur ratio sine molestia, sine invidia, sine ambitione et discordia, que inter plures intercedere solet, omne hoc negotium absolvendi. Polonum enim principem ultro sequentur non solum Kosaki Turcarum terror, sed et plurimi nobiles Poloni, Hungari, Germani, Itali, Walachi, Moschi, etc., suis expensis, spe gloria vel prædæ illecti. Sane a Danubio ex Walachia, quæ Polonia adiacet, Constantinopolim usque non nisi decem dierum est iter. Quare idipsum animo designabat Stephanus Battorens, sapiens æqua ac magnanimum Polonia rex, eaque de causa fedus contra Turciam cum Philippo II Hispaniæ rege pepigerat, dictitans se Philippi in hoc bello fore stipendiarium: qui si vixisset, utique unus ille Turcam profligasset et imperio exiesset, presertim Persa ex altera parte euendim invadente. Polono enim et Persa ex foedere in exitium Turce conspirantibus, Turca resistendo non est, sed succumbat et pereat oportet. Porro Polonis Turcicum bellum pene est necesse-sarium, tum ut Turcam longius a finibus suis submoveant; tum ut perpetuos et furtivos Tartarorum incursum a se in Turciam avertant, ibique cum utriusque aperio marte confligant, ut nuper feliciter et gloriose fecerunt. Poloni ergo et Germani cum auxiliis Summi Pontificis et regis catholici, Walachiam, Hungarianam catervas provincias nuper a Turcis fraudi sibi eruptas, facile recuperabunt.

X. Proh pudor! proh scelus! christiani in christians ob terra angulum, ob exi honoris punctum interneccins odii et pralii inter se decertant. A christianis effunditur sanguis christianus, Christi sanguine redemptus: madeni manus christiana christianorum sanguine, et carnem christianam carni Christi consanguineam concidunt, mactant, discerpunt. Ubi fides? ubi spes? ubi charitas? ubi philadelphia et amor fraternitatis? Christiani una Christo patre, una Ecclesia matre regenerati et alti; una fide, una spe, una charitate consociati; unius Dei, unius religionis vinculo et sacramento constricti, sese quasi lupi spoliant, laniant, excarnificant. Haec videt, et in sinu ridet Turca, ac quasi tigris himulos de gleba graminis inter se ariantes, occupat, rapit et devorat. Nimirus christianorum dissidia perdidérunt et Turci prodiérunt Asiam, Graciā, Hungariā, aliaque opulentissima regna. Hoc est quod queritur Michæas: « Filius contumeliam facit patri, etc., et inimici hominis domestici ejus. » Et Jeremias: « Omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici. » Et sponsa, *Cant. i.*: « Filii matris mea pugnaverunt contra me. » Prophetæ ad unum omnes non aliud pene vaticinabant, dolent et deplorent, quam exitium Terra sanctæ, quod ipsa ob fidei, morum et animorum dissidia Chaldaeis atque infidelibus tradenda sit; atque omnes hortantur, orant et obsecrant, ut qua vitam corrindendo, qua orando, qua armis propugnando, qua in unam fidem et sententiam conspirando, tantam Ecclesiæ et reipublicæ cladem avertant. Clamat Osee cap. v: « Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, uulale in Bethaven. » Et Jeremias cap. vi: « Confortamini, filii Benjamin, in medio Jerusalem, et in Theba clangite buccina, et super Bethacavem levate vexillum. » Idipsum non solis Judeis, sed et christianis insonant: magis enim Christianis quam Judæis suas scripsere prophetias; atque Christianis Terra sancta magis propria, longeque sanctior, charior et venerabilior effecta est per Christum, B. Virginem, Apostolos, primitivos fideles, primamque Ecclesiæ, quæ illi nata adeolevit, seque per totum orbem sparsit et propagavit. Quid ergo hæremus? Quid moramur? Prophetæ obtatemperamus, majores nostros amulemum: satagamus terram Christi, Christo ascerere; prima Ecclesiæ prædia illi restituere; domicilium S. Trinitatis, subfatis excedandis sacrilegii, illi reddere eisque laudibus consecrare.

XI. Nunquam tanta rei bene gerenda spes affulsi, quanta nunc. Videtur Deus eam ultro Christianis offerre, et in manus dare, quando, ut alia taceam, Turcas animis cadere, copiis viribusq; minui, interneccins agitari discordiis, pavidos regni sectæque suæ interitum expectare;

Christianos vero animos hisce omnibus assurgere erigique conspicimus, quando catholicos principes oppressa vel suppressa rebellium hæresi dominari, arctoque inter se connubiorum vinculo federari, ac universo zelo religionis agi accendique cernimus et gratulamur. Quid enim debellata pene rebellium hæresi superest, nisi ut ejus reliquias subigant, ac deinde ejus sororem, alteram, inquam, rebellis infidelitatis speciem, Mahometismum debellent? Ille jam efflatus consenescit, et sponte sua ad interitum ruit: peregit suum ipse sæculum, suam vixit æstatem, magnam utique mille annorum, quibus stetit vigintiæ impia Mahometi lex, hisque elapsis occasum olim Mahomet ipse predixit: jam ergo decrepitus occasui vicinus est: occidentem et prolabantem impellant duntaxat, et conjunctis manibus protrudant Christiani, et acta res est; illico ejus ruinam videbunt et exultabunt. Et sane eam jam inchoatam conspicimus, dum assidua et Vatiniana eorum inter se dissidit, tumultus et seditiones intuemur: falli enim nescit et nequit æternæ Veritatis vox: « Omne regnum in se divisum desolabitur. » Concordat sese in vicem Turcae, concisos occupent Christiani. Evigilent ergo, et occasione tam commoda utantur. Vetus sapientum fuit estque omen, Janizerorum potentiam indomitamque audaciam Ottomanicum perditurum imperium. Id jam in procinctu est. Ipsi Turcae dum vident se destituti princepe, milite, consilio, pecunia, concordia, animo, viribus, proplam profitentur de suo jam clamoratum esse imperio: ipsi Christianis ultro se offerunt; ac tantum non advocant. Tot Christianorum millia misere sub jugo Turcico gementia, passi manibus per sacra omnia opena nostram implorant, seque et fortunas omnes offerunt, ut jugum hoc excentiant. Haec ipsa, a tam dira tyrannie et manicis ad pileum et libertatem vocata, si duntaxat eis arma suggestantur, ac ducem qui bellum inchoet videant, illico sequentur, ac pena sola rem confident: quia in eam inumane tributum quod Turcae pendunt, conferunt. Multi etiam inter Christianos, licet in fide heterodoxi, tamen quia principibus sui fideles, et quia Christi professores, lubentes presentem occasionem arripiunt, ut, si invitent, in societatem belli ultro veniant; tum ut contra communem Christiani nominis hostem conspirent (« Communæ enim periculum concordia propulsandum est, » ait Cornelius Tacitus), ejusque jugum quam longissime a se amoliantur; tum ut Christianum imperium propagent et propagant, tum ut suas ditiones et fortunas ex opimis Turcarum spoliis angeant et loquentur.

Porro agitur hic non modo de amplissimo et ditissimo Ottomanorum imperio occupando, sed et de multorum millioni, imo millionium animarum salute æterna: que sane sine impia crudelique socordia negligi nequit. Nunc enim magis quam unquam prolixe et facile est Christianis, ut Turce adimant regnum omnia suis majoribus per summum scelus erpta, ut Ecclesiæ sibique restituant Asiam, Hungariam, Graciā, Macedoniam, Thraciam, Armeniam, Galatiam, Cappadociam, Epirum, Cyprum, Bithyniam, Pontum, Syriam, Palæstinam (primas utique orbis provincias a SS. Petro et Paulo ad Christum conversas, eorumque et Ecclesiæ prima quasi prædia et patrimonia), Ägyptum, Africam, Äthiopiam, totumque Orientem. Quis hic dorminet? Quis non protinus eviglet? Quis non opes omnes et vires, omne ingenium et consilium in opus tantum tantique momenti offerat et conferat?

Quod si Persa (aut quis novus Tamerlanes, mundi terror, belllicosus et acer in armis) nobis otiantibus aut dormientibus, regiones illas præoccupet, uti coepit, sane magno terrori evadet Christianis, eisque, utpote duplo jam potenter, in armis exercitatio, tot victoris insolentior, formidabilius quam Turca imminabit? ut eum monarchiam Europe ambientem, ab urbibus tecisque nostris submovere non valeamus, quem a vicinis arcere non voluimus. Sane videtur Deus optimus maximus claris sue mentis indicis ostendere se velle, ut bellum hoc sacrum capessamus, cum occasione undeque tam evidentes illius conficiendi, quales a mille annis non dedit, modo suggerit, ultroque offert: quas si elabi e manibus sinamus, nunquam amplius illæ redibunt: « Rerum occasione tarditatem nostram et ignaviam non expectant, » ait sapienter Demosthenes, *Philip. I.*; sed nisi illico prehendantur, cum sese ostentant, diffingunt, et irrevocabiles sunt: « Fronte capillata est, a tergo occasio calva. » Earum neglectum graviter ulciscetur justus omnium judex vindicque Deus, atque illos ipsos dorso nostro dabit in flagellum, quos nunc ultra in sinum offert, ut subjiciat. Ita Chananaeos Judæis dedit in flagellum perpetuum, eo

quod ipsi eos subigere et delere, sicuti jussérat Dominus, omisissent, ac pacis fidéla cum eis iníssent; ut videre est in tota Judicum historia: idque moriens eis prædixerat, et communatus erat Iosue, cap. xxiii, 13: «Ut sint, inquit, vobis in foveam ac laqueum, et offendiculum ex latere vestro, et stades in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis.»

Ambabus ergo ultnis accepimus et amplectemus præsens hoc tam liberale Dei donum; ut amur occasione quam nobis in manum dat; subdamus Mahometanos nobis, ne cogamur eis colla subdere, eosque habere dominos, imo tyrannos et tortores, quos modo possumus habere subditos et supplices; Deo optimo maximo ad id tam manifestis ostentis vocanti pareamus, ne in d'ē judicii tanto occasione, totque millionum animarum salutis neglecta, rigilam a nobis ratione reposeat rigidus munerum suorum, sequacae occasionum et honorum operum exactor Christus Dominus. Si paruerimus, Prophetas honorabimus, Prophetarum votis satisfaciemus, Prophetarum oracula adimplibimus; adeoque Prophetas, Christum Dominum, Deiparam, Apostolos, eorumque fidem et religionem, quasi exsules postmodum Terræ Sanctæ restituemus; Angelos sanctos miro gaudio afficiemus, Dei hominumque gratiam, et gloriari eternam nobis conciliabimus.

Peccaria, nervus belli, deesse non poterit, si quilibet urbs et provincia vel modicum conferat. Unus S. Ludovicus olim omnes bellum sacri expensas per plures annos præstítit, nunc eas non præstabunt universi principes christiani illo longe ditiones? Præsertim si militaris pragmatica obseruantur, ut milites frugales sint in victu et vestitu, nec zero vel cyathis, sed ferro et hastis depugnant, ut faciunt Turce et Tartari. Quin et hostiles provincie, utpote dívites et vastæ, si subigantur, exercitus nostros alent, uti prisorum Romanorum aluerunt. Ita anno elapsi Asianus Bassa copias suas contra Ottomanos aluit ex ipsis provinciarum Ottomanicarum vestigibus et tributis, idque copiose et splendide. Ila olim Alexander Magnus non nisi septuaginta talentis bellum orsus, spoliis hostium et gaza Darii se et milites omnes locupletavit. Idem fecere Julius Cesar, Scipio, Pompeius, Annibal, Cyrus, Nabuchodonosor, ac nuper Saladinus, Tamerlanes, Ismael Sophus, caferique magni duces, qui hostium opibus suis dirarunt, sequit vel Asia, vel Europa, vel orbis monarchas effecerunt. Soli pene Cosaki, si hæc prælia illis offerratur, rem fernerter a se sapientem tantam confident, nec aliud stipendum depositent. Opes Asiae offeruntur, spolia Orientis; quis ad manubias tam opimas non accurrat, imo advolet? Bessarion Cardinalis memoria prodidit Mahometum, qui duo imperia, duodecim regna, et trecentas urbes ipsamque Constantinopolim expugnavit, non nisi duos millions annui censu habuisse. Quis Christianorum regum non habet longe plures? Sed una Constantinopolis dedit ei prædam sedecim millionum. Porro facile erit Pontifici Maximo solidum bellum sacri ararum in annos aliquot erigere, si a singulis regibus et principibus Christianis corroget id quod quisque pro re tam pia, tam utili, tam sibi et toti Reipublica Christiana necessaria volens lubensque conferat. Unus rex catholicus pro suo fidei zœc, jam a 57 annis quotannis in Belgicū bellum, in unam inquam modicam provinciam, plures milliones expendit; quid non impendet in totum Orientem, ipsamque Jerusalem, cuius ipse se hereditario jure regem regnem? Rex quilibet conferat millionem, Princeps vel Responsa qualibet aliquam millionis portionem, exsurget ararus non tantum sufficiens, sed et abundans. Omitto ultroneas mercatorum aliorumque divitium in tam plū bellum oblationes, pensiones opimis beneficiis, eleemosynas fidelibus in Jubileō in hanc rem a Pontifice indicandas: ex quibus multorum millionum summa conflabitur. Si quilibet ditorum vel aureum conferat, ex tot divitium per totum orbem millionibus, quo aureorum millions consurgent? Taceo dispensationum, privilegiorum, peccatorum aliorumque muletas, qua pœ ad tam plū opus exiguerant et applicari. Sane Innocentius III Pontifex quadragesimam reddituum partem Clericis omnibus in usum bellum sacri iudixit; regi vero Galia, et regi Anglia ita scribit et prescribit, lib. II, epist. 239: «Tu ipse ad defensionem Terra Sancta competentem in expensis tuis dirigas numerum bellatorum, quasi decimas saltem Christo persolvens, ita quod ex hoc divinam gratiam possis plenius promereri.» Idem rursum Clericis per triennium vigesimam reddituum partem, in eundem finem sub pena excommunicationis iudixit. Euntibus vero ad bellum sacram tributa, quin et usuras creditoribus debitas relaxavit: ac generalem inter Christianos toto orbe

pacem per quadriennum servandam sub pena anathematis sanxit. Paulus III, Carolo V in Africam contra Saracenos estra moventi, decimas omnium in Hispania beneficiorum attulit. Pius V, pontificis redditus omnes in usum belli sacri, similiomque piorum operum contulit, ideoque illustrem illam de Tureis apud Naupactum victoriam retulit.

Jam vero dissensionis aut discordia inter nationes et principes nunquam minora fuit periculum, quam hoc seculo. Deus enim optimus maximus nobis dedit reges et principes mire catholicos, optimos, piissimos, Sed Apostolæ summe addictos et devotos (ut taceam omnes affinitate arcata invicem devictos) cuius prouinde distributionem, arbitrium et sententiam omnes prompte sequuntur. Sic seculo elapsi Alexander VI Pontifex Indiarum limites divisit, proprios statuit Hispanis et Lusitanis: hinc utrumque mira in his concordia. Hæc ergo Sedes Apostolica sacra hujus expeditionis, ut alias semper fuit, ita et nunc erit arbitrus et iudex; imo choragus, director, moderator. Hæc cuique suas operas et provincias partitur. Hæc spolia et lucra dividet. Hæc lites omnes judicabit et componet. Hæc novos principes et reges, si opus sit, instituet et creabit. Atque ista est propria hujus ævi gratia et felicitas, ad commune huc Ecclesie negotium confidendum uti maxime opportuna et accommoda, ita hoc fine a Deo provisa et donata. Denique obvia est concordia ratio, si quisque seorsim loco sibi commodo communem hostem invadat, et quidquid ei adimit, jure bellii occupet, sibique vindicet. Achilles Tarduecius, libello *Quod Turca vincibilis*, demonstrat Turcam a solis Hungarini vine posse, quinquaginta Christianorum millionibus in arietem productis. Suffragatur Anonymous illi additus, *De statu imperii Turcici*, qui per calculum arithmeticum ostendit bellum contra Tuream geri confiteque posse quotannis quatuor auri millionibus; exercitus vero quadraginta millionum pedum, et bis mille equorum, addita ea classe centum trium. Rursum fœdus Christianorum principum a Leone X Pontifice contra Selymum sanctum, ac provincias cuique ad invadendum occupandumque attributas, recenset Fr. Guicciardinus, et ex eo Lazarus Soranini in *Ottomano*, cap. cxvii; qui et addit Leonem decrevisse, ante omnia vim auri maximam congerendam, tum ex ordinariis principum contributionibus, tum etiam ut singularis Christianis certum aliquod tributum, hujus belli nomine imperaretur.

Porro experientia constat omnem in debellando huc usque Turca difficultatem constitisse in divisione et dissensione principum Christianorum, adeoque Reipublicæ Christianæ langorem tum prodidisse, et se prodidisse cum monarchia transit in polychiam; sicut ex adverso Torecarum robur emicuit, cum polychiam Ottomanus in monarchiam transflit; quocirca Turce, cum sit monarchia singulis regibus potentior, a Christianis resisti nequit, nisi ad monarchiam redeant, ut monarchæ infidei monarcham fideliter opponant. Et quis haec magis idoneus, quam Summus Pontifex? Bessarion Cardinalis sapientissimus asserebat, «Turcam simile esse lepo, qui cum sit pili concoloris, canes pilo discolores vel infinitos non metuunt; paucis vero unius pilis conspicisti, fugam adoraret.» Ita prorsus Christianos principes, licet plurimos et potentissimos, si discordes sint, non metuit, sed ridet Turca; paucis si concordes sint, reformidat et fugit. Quin et Solymannus ipse, Carolus V amulos et antagonistæ, ut Ferdinandus imperatori Caroli fratre se potentiores ostenderet, ejus legato insultans dixit: «se esse draconem unius capitis, sed multarum crudarum; Ferdinandus vero et Christianus esse draconem multorum capitum, sed unius cauda.» q. d. Christianorum imperium est polychicum, ideoque discors et imbatile: meum vero est monarchiam, ideoque concors et validum. Igittu in hoc bello subdant se principes Christiani, uti faciunt, Romano Pontifici; atque haec ratione monarchiam Christianam redintegrabunt, eamque Turcica longe validiorem constituent, ac mari æque a terra Tuream invadent: quod omnino faciendū censuit Carolus V. Porro ne quis fidelis vel hereticus ditiones principum eo tempore quo bellum sacrum capessunt, quovis titulo invaderet, Eugenius III cavit sub pena anathematis. Idem cavit Innocentius III, quem paulo ante citavit. Cavent et Principes federati: foderis enim prima conditio est, ut si quis unum invadat, ceteri omnes eum, quasi publicum Christi et Christianæ Reipublicæ hostem et proditionem persecuantur, ac regno, principatu, domino, oibis, rebusque omnibus privent et spolient. Det Deus, ut omnes omnino ad pristinam unionem et monarchiam ab eo sanctam, hoc Jubilæo revertantur!

Quapropter de felici belli exitu optime sperandum est, et vix dubitandum, præsertim, si uti

Mose orante, Josue vinebat Amalec, ita et nos cum Machabaeis Numinis opem, precibus, jejunii, sancta vita, bonisque operibus assidue nobis conciliemus : quarum rerum Jubileum hoc illicium est, imo inchoatio et præludium. Sane hisce anni plures viri religiosi sanctitatis et prophetæ opinione celebres prædixerunt certo instare ruinam Turcici imperii, ac Christianos brevi potituras Terra Sancta.

Emitte, o Sanctissima Trinitas, ex alto, per Verbi tui incarnati acerbissimos dolores, crucem et meritæ, Spiritum tuum Sanctum, spiritum sapientiae, consilii, pietatis et charitatis, ut omnes fideles et principes in tua fide, cultu et amore concordes, studeant resistere, imo tuo regno subdere omnes Saracenos, paganos et infideles, ut tuum nomen et gloriam agnoscant et celebrant omnes gentes; ut omnis terra confiteatur nominis tuo sancto. Dilexisti, « Domine, portas Sion super omni tabernacula Jacob. » Ut quid ergo, « Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt nomen sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam? » Terra in qua te laudaverunt patres nostri, tradita est alienigenis, qui assidue sacrilego ore blasphemant nomen tuum, et Christi unius. Locus in quo Christus operatus est salutem in medio teræ, possidetur ab antichristianis. Exsurge, Domine, vindica probrum tuum. Excita e Christianis Machabeos, qui gentes conterant et convertant, qui tibi tuam gloriam, Ecclesia suum regnum, Terra Sanctæ avitam fidem et sanctitatem asserant, ac postlimino restituant. Excitasti super invictum Poloniæ regem, qui prælia haec inchoaret tanta fortitudine, æque ac felicitate, ut unus ipso non solum omnes Turcarum vires sustinuerit, sed et assiduis præliis eos attriverit, fregrerit, et ad pacem coegerit; plane utique protritus, si auxiliaris aliorum principum copiæ spibusque suffulsum, bellum hoc fuisset prosecutus. Sane Christianis regibus ipsi unus, Deo auspicie, iam prævixit stravisse, ac pariter ostendit quam facile communis illi Ecclesia hostis hactenus cunctis formidabilis, subigi, imo deleri et exterminari possit, si Christiani principes juncti animis malint bellum in ipsum capessere, quam inerti desidia, et privataram rerum respectu communibus incendiis deflagrare; si communibus viribus eum impetant, diversisque copiis et locis invadant, ut non tantum eum procul a suis finibus arecent, sed et plane profligent ac extirpent; si concordibus studiis in communi periculo quod quisque potest præsidii, id in medium conferat. Ita res Christiana heata, invicta, et aeterna hac concordia est futura. Idipsum ergo ingere et persuade ceteris principibus, eosque sancto fidei et charitatis fodere constringe, ut unanimes, leti et alacres constanter præludent prælium Domini, prælium Christi, prælium Patris et Fili et Spiritus Sancti, ita ubique terrarum servientes tibi humero uno, uno corde et ore; ubique tibi psallemus; ubique agemus Jubileum, cum Terra Sancta, totusque orbis ad pristinam fidem, ad pristinum herum et dominum sumu revertetur; ubique tibi in lingua mentisque jubilo, exsultantibus animis et vocibus jubilabimus : « Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancti. Hocce fidelium, hocce meum unicum est votum, quod mihi ab olim, o SS. Trinitas, inspirasti et inspirare non desinus, ut assidue desiderem, et obsecrem te pro exedio mahometismi, heresies et paganismi. Utinam triplicem trium horum tuorum hostium ruinam, ante mortem videre contingat, ut toto orbe sit unum Christi ovile et unus pastor! Tunc utique latus occumbant, canamque et jubilabo cum S. Simeone : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum : quod parasti ante faciem omnium populorum : Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tue Israel. » Tunc pariter occinet S. Joannes suum illud : « Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendente de celo a Deo paratam, sicut sponsam ornatum viro suo, » Apoc. xxi. Tunc modularitur Tobias illud cap. xiii. : « Jerusalem civitas Dei, luce splendida fulgebit, et omnes fines terra adorabunt te, etc. Porta Jerusalem ex sapphiro et smaragdo adificabuntur, et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus. Ex lapide candido et mundo omnes plateæ ejus sternentur, et per vicos ejus Alleluia cantabitur : Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, et sit regnum ejus in sæcula sæculorum super eam. Amen. » Tunc rursus psallat regius Vates : « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis. Elegit nobis hereditatem suam, speciem Jacob, quam dilexit, » Psal. xlvi. « Magnus Dominus, et laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. Fundatur exultatione universa terra mons Sion, latera Aquilonis, civitas regis magni. Deus in dominibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam, »

*Psal. xlvi.* « Letentur cœli, et exsultet terra, commoveatur mare, et plenitudo ejus, » *Psal. xc.* « Dominus regnavit, exsultet terra, letentur insulæ multæ: adorate eum, omnes angeli ejus; audivit et latata est Sion. Exsultaverunt filiiæ Judæ propter iudicium tua, Domine, » *Psal. xcvi.* « Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri, » *Psal. xcvi.* « Laudat eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : omnis spiritus laudet Dominum, Alleluia, » *Psal. cl.* Tunc exsultabit Isaias : « Laudate, coli, quoniam misericordiam fecit Dominus : jubilate, extrema terra, resonate, montes, laudationem, saltus et omne lignum ejus : quoniam redemit Dominus Jacob, et Israel gloriabitur, » cap. xiv, 23. « Ecce isti de longe venient (ad Jerusalæm) et ecce illi ab aquiloni et mari, et isti de terra australi. Laudate, coli, et exsulta, terra; jubilate, montes, laudem : quia consolatus est Dominus populum suum, et pauperum suorum miserebitur, » cap. xlix, 12 et 13. « Surge, illuminare, Jerusalæm, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui, etc., » cap. lx, 1 et 3. Tunc bucinabit Sophonias : « Lauda, filia Sion; jubila, Israel: letare, et exulta in omni corde, filia Jersalem. Abstulit Dominus iudicium tuum, avertit inimicos tuos : rex Israel Dominus in medio tui : gaudet super te in latitia, silebit in dilectione sua, exsultabit super te in laude, » cap. iii, 14, 15 et 17. Tunc jubilabit Zacharias : « Exulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalæm : ecce rex tuus veniet tibi justus et salvator, etc., quia lapides sancti elevabunt super terram ejus. Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines, » cap. ix, 9, 16 et 17.

Fac me voli mei, imo tui compotem, Jesu Christe Salvator, amor noster. « Haec est enim, sicut ipse Patrem pro nobis precando dixisti, « vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum, » Joan. xviii, 3. Ac vicissim Pater tibi promisit dixit : « Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ, » Psalm. ii, 7 et 9. Tu quoque, sancta Dei genitrix, Patris aterni filia, Verbi incarnata mater, Spiritus Sancti sponsa, quæ sola cunctas haereses intercessisti in universo mundo, has quoque nostri avi interime. Assere tibi Terram Sanctam, quasi tuum natale solum; assere Hungariam, olim tibi clientem et supplicem, ideoque regnum Virginis nunquam; assere ceteras provincias : quia cunctarum es Regina et Domina. « Tu enim (ait S. Cyriacus, hom. 6 *Contra Nestorium*) es pretiosa margarita orbis terrarum : tu lucerna inexstructi luminis, corona virginitatis, sceptrum orthodoxæ fidei, templum indissolubile, continens Ennem qui nusquam contineri potest, Mater et Virgo. Per te Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa dicitur. Per te exsultat celum, letantur angeli et archangeli, fugantur demones, et homo ipse ad celum revocatur; omnis creatura idolorum errore detenta conversa est ad notitiam veritatis, et in toto orbe terrarum constructa sunt Ecclesiae. Te adjutrice gentes venient ad penitentiam. Per te unigenitus Dei Filius, vera illa lux, effusus sedentibus in tenebris et umbra mortis. Te Prophetæ prænuntiarunt, te Apostoli summis laudibus celebrarunt. » Dirige ergo universo, o inclita maris stella, inter astuentes hujus sæculi fluctus et turbines, recto cursu ad orthodoxam fidem, virtutem, sanctitatem, et tandem ad portum salutis æternæ : Monstra te esse matrem monstrantium se tuos cupere ess filios. Da per potentes tuas ad Filium preces nobis omnibus, VIVERE DEO, VIVERE COELO, VIVERE ÆTERNITATI : DA CHRISTO FRUI, ILLI JUBILARE PER OMNIA SECULA. Hoc est enim omnis homo. Amen.